Zwettl, 4. Viertel 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

potestis si studeatis habere cari
tatis ardorem. & scientie lumi-
cum zona castitatis. Berullus
est uiridis gemma similis sma
ragdo sed pallet quasi conside
res aquam. Dictum est de uiri
ditate ut illud aqua profun
da uerba sapientie. Attendat
karitas una. quod quatuor sunt
uersus. ternas habentes gemmas.
quia in quatuor principalibus
uirtutibus. & in fide trinitatis.
omnis humana salus constat.
Portat aaron. omnia nomina
filiorum israhel quando accedit
ad altare. Et item uos maxime
mundetis. & patrum exempla
ad memoriam reducetis. quando
ministraturi ad altare accedimus
oraturi dñm. Portat aaron nom
na filiorum israhel ut nunquā
uos subiectos curam paru
pendatis sed [illegible]bat
[illegible] est instanter pro
ipsis oretis.

De uarietate
scandaliorum.

Uarietas scandaliorum
uarietatem pingit mi
nistrorum. Episcopi & sacerdotes
pene est unum officium. at qa
nomine & honore discernuntur.
etiam uarietate scandaliorum.
ut de uestibus nostris error au
feratur. qui potest uitare esse
propter similitudinem officii.
Episcopus habet ligaturam insu
is scandalis. quā non habet pbr.
Episcopi est huc illucq; discurre
re pp. frochiam ad regendam
plebem. ne forte cadant. scan
dala de pedibus ligata sunt.
Presbiter qui domi hostias im
molat. securus incedit. Diaco
nus quia in officio dissimilis est
episcopo. non est necesse ut ha
beat similia scandala. sed
& ipse ligaturam habet. quia
suum est ire ad conmatum. Sub
diaconus quod in adiutorio di
acon & pene in eodem officio.
necesse ut habeat dissimilia scan
dala. ne forte estimetur diaco
nus. Iustice quia scandalium
cursum predicatoris signat so
lea que subtus est admonet pre
dicatorem ut non se implicet
rebus negotiis. Lingua de albo
corio que subtus calcaneum e.
monstrare debet eandem sepa
rationem esse innocentem. et
sine dolo. Lingua que inde sur
git & est separata a corio. scan
dalorum linguam monstrat.

145